



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romæ, 1619

De potestae claium. Quæstio 17.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

nentur ad bonum, quòd motus virtutis in eis fuisse esse possit.

Ad quartum dicendum, quòd non est eadem ratio de angelis sanctis, & de animabus sanctis: quia in animabus sanctis præcessit vel præcedere potest peccatum remissibile, non autem in angelis: & quamvis sint similes quantum ad statum præsentem, non tamen quantum ad statum præteritum, quæ pœnitentia respicit directe.

QVÆST. XVII.

De potestate clauium ¶, in tres articulos diuisa.

¶ Cœ. Tri.
fes. 14. de
sacramē-
to penit.
can. 15.
Extr. u.
quia quo-
rundam
de verbo-
rū signif.

Consequenter considerandum est de potestate ministrorum huius sacramenti, quæ ad clauium pertinet. Circa quod primo videndum est de clauibus. Secundo, de excommunicatione. Tertio, de indulgentia: hæc enim duo sunt annexa potestati clauium. Circa primum consideranda sunt quatuor. Primo, de entitate & quidditate clauium, & virtutum. Secundo, de effectu earum. Tertio, de ministris clauium. Quarto, de his, in quibus potest esse effectus clauium.

¶ Circa primum queruntur tria.

¶ Primo, utrum claus in Ecclesia esse debeant.

¶ Secundo, utrum claus sit potestas ligandi, & soluendi, &c.

¶ Tertio, utrum sint duæ claus, vel tantum una.

ARTIC. I.

Utrum claus in Ecclesia esse debeant?

65

Tho. 4. d.
18. q. 1. et
sequenti.

Ad primum sic proceditur. Videtur, quòd claus in Ecclesia esse non debeant. Non enim requiruntur claus ad intrandum domum, cuius ostium est apertum. Sed Apocal. 4. dicitur, Vidi, & ecce ostium cœli apertum, quod Christus est, qui de ipso dicit, Ioan. 10. Ego sum ostium. Ergo ad intrandum cœli, Ecclesia clauibus non indiget.

¶ 2. Præterea, Claus est ad aperiendum & claudendum. Sed hoc solius Christi est, qui apertum nemo claudit: claudit & nemo aperit: Apoc.

Ergo Ecclesia in ministris suis claus non habet.

¶ Præterea, Cuicumque clauditur cælum, aperitur infernus, & è contrario. Ergo quicumque habet claus cæli, habet claus inferni. Sed Ecclesia non dicitur habere claus inferni. Ergo nec claus cæli habet.

SED contra est, quod dicitur Matth. 16. Tibi dabo claus regni cælorum.

¶ Præterea, Omnis dispensator debet habere claus eorum quæ dispensat. Sed ministri Ecclesiæ sunt dispensatores diuinorum mysteriorum, vt patet 1. Corinth. 4. Ergo debent habere claus.

RESPONDEO dicendum, quod in corporalibus claus dicitur instrumentum, quo ostium aperitur: regni autem ostium nobis per peccatum clauditur, & quantum ad maculam, & quantum ad reatum peccati. Et idè potestas, qua tale obstaculum remouetur, dicitur claus. Hæc autem potestas est in diuina Trinitate per auctoritatem: & idè dicitur à quibusdam, quod habeat claus auctoritatis. Sed in Christo homine fuit hæc potestas ad remouendum prædictum obstaculum, per meritum passionis, quæ etiam dicitur ianuam aperire. Et idè dicitur, secundum quosdam, habere claus excellentiæ. Et quia ex latere Christi dormientis in cruce sacramenta fluxerunt, ex quibus Ecclesia fabricatur; idè in sacramentis Ecclesiæ efficacia passionis manet: & propter hoc etiam ministris Ecclesiæ, qui sunt dispensatores sacramentorum, potestas aliqua ad prædictum obstaculum remouendum est collata, non propria, sed virtute diuina & passionis Christi: & hæc potestas metaphoricè claus Ecclesiæ dicitur, quæ est claus ministerij.

Ad primum ergo dicendum, quod ostium cæli, quantum est de se, semper est apertum: sed alicui clausum dicitur propter impedimentum intrandi in cælum, quod in ipso est. Impedimentum autè totius humanæ naturæ ex peccato primi hominis consecutum,

per

per passionem Christi amotum est: & ideò Ioannes post passionem vidit in cœlo ostium apertum. Sed adhuc quotidie alicui manet clausum propter peccatum originale, quod contraxit, vel actuale, quod commisit: & propter hoc indigemus sacramentis & clauibus Ecclesiæ.

Ad secundum dicendum, quòd hoc intelligitur de clausione, qua limbum claudit, ne aliquis ultra illum descendat: & de apertione, qua paradysum aperuit, remoto impedimento naturæ per suam passionem.

Ad tertium dicendum, quòd clavis inferni, quæ aperitur & clauditur, est potestas gratiam conferendi: per quam homini aperitur infernus, vt de peccato educatur, quod est inferni porta: & clauditur, ne ultra homo in peccatum labatur, gratia satisfactus. Potestas autem gratiam conferendi solus deus est: & ideò clauem inferni sibi soli retinuit. Clavis regni est potestas etiam dimittendi reatum pœnæ temporalis, qui manet, per quem homo regnum prohibetur: & ideò magis potest homini clavis regni, quàm clavis inferni: non enim idem

sunt, vt ex dictis * patet. Aliquis enim de inferno educitur per remissionem æternæ pœnæ, qui statim in regnum introducitur propter reatum pœnæ temporalis, qui manet. Vel dicendum, vt quidam dicunt, quòd eadem est clavis inferni, & cœli: & ex hoc ipso, quòd alicui aperitur vnum, clauditur alterum: sed denominatur à digniori.

ARTIC. II.

Vtrum clavis sit potestas ligandi & soluendi.

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quòd clavis non sit potestas ligandi & soluendi, quia ecclesiasticus iudex dignos recipere, indignos excludere debet à regno: vt ex littera * habetur ex gloss. Hieronym. † Matth. 16. Potestas enim ritualis in sacramento collata est idem quòd clavis. Sed clavis & character non videntur esse

* in ista
met solu
zione.

66

*Magist.

lib. 4. sen.

d. 18. §. B.

† Hier. su

per illud

Matt. 16

Tibi da

bo claus

regn. etc.

som 9.

esse: quia per characterem homo ad Deum comparatur, per claves autem ad subditos. Ergo clavis non est potestas.

¶ 2 Præterea, Iudex Ecclesiasticus non dicitur nisi ille, qui habet iurisdictionem, quæ simul cum ordine non datur. Sed claves in ordinis susceptione conferuntur. Ergo non debuit de ecclesiastico iudice in definitione clauium mentio fieri.

¶ 3 Præterea, Ad id quod aliquis habet ex se ipso, non indiget aliqua potestate actiua, per quam inducatur ad actum. Sed eo ipso quo aliquis est dignus, ad regnum admittitur. Ergo non pertinet ad potestatem clauium, dignos ad regnum admittere.

¶ 4 Præterea, Peccatores indigni sunt regno. Sed Ecclesia pro peccatoribus orat ut ad regnum perueniant. Ergo non excludit indignos, sed magis admittit, quantum in se est.

¶ 5 Præterea, In omnibus agentibus ordinatis ultimus finis pertinet ad principale agens, non ad agens instrumentale. Sed principale agens ad salutem hominis est Deus. Ergo ad Deum pertinet ad regnum admittere, quod est ultimus finis; & non ad habentem claves, qui est sicut instrumentum vel minister.

RESPONDEO dicendum, quod secundum Philosophum in 2. de anima*, potentia per actus definiuntur: vnde cum clavis sit potentia quædam, oportet quod per actum siue usum suum definiatur; & quod in actu obiectum exprimat, à quo specie recipit actus & modus agendi, ex quo apparet potentia ordinata. Actus autem potestatis spiritualis non est, ut cælum aperiat absolute, quia iam apertum est (ut dictum est*) sed ut quantum ad hunc aperiat: quod quidem ordinate fieri non potest, nisi eius idoneitate, cui aperiendum est cælum, pensata: & ideo in prædicta* definitione clauis, ponitur genus, scilicet potestas: & subiectum potestatis, scilicet iudex Ecclesiasticus: & actus scilicet excludere & recipere, secundum duos actus materialis

*tex. 33.

*ar. 1. hie
ius quos.
ad 1.

*posita in
arg. 1. hie
in art.

Supplementum.

L rialis

riales clavis, qui sunt aperire & claudere: cuius obiectum tangit in hoc, quod dicit, à regno: modus autem in hoc quod dicit, dignos, & indignos in illis in quos actus exercetur, pensatur.

Ad primum ergo dicendum, quòd ad duo, quorum vnum est causa alterius, vna potestas ordinatur: sicut in igne calor ad calefaciendum & dissoluendum. Et quia omnis gratia & remissio in corpore mystico, ex capite suo prouenit: idè eadem potestas esse videtur per essentiam, qua sacerdos conferre potest, & qua potest soluere & ligare, si iudicium adfit: nec differt nisi ratione, secundum quod ad diuersos effectus comparatur: sicut etiam dicitur secundum aliam rationem calefactiuus & liquefactiuus. Et quia nihil est aliud character omnis sacerdotalis, quam potestas exercendi illud, quod principaliter ordo sacerdotij ordinatur, habendo: oportet quòd sit idem quòd spiritualis potestas. Idè character & potestas conficiendi, & prestas clauium, est vnum & idem per essentiam, differt ratione.

Ad secundum dicendum, quòd omnis potestas ritualis datur cum aliqua consecratione. Et clavis cum ordine datur: sed executio clavis habet materia debita, que est plebs subdita per iurisdictionem: & idè antequam iurisdictionem habeat, habet clauis, sed non habet actum clauium. Et clavis per actum definitur: idè in definitione ponitur aliquid ad iurisdictionem pertinens.

Ad tertium dicendum, quòd aliquis potest dignus aliquo dupliciter. Aut ita quòd ipsum habet ius habeat; & sic quilibet dignus iam habet celum apertum. Aut ita quòd in se ei aliqua congruas ad hoc, quòd ei detur: & sic dignos, quibus apertum totaliter apertum est cælum, potestas clauium recipit.

Ad quartum dicendum, quòd sicut Deus non durat impariando malitiam, sed non conferre gratiam.

gratiam : ita sacerdos dicitur excludere , non quod impedimentum ad intrandum ponat : sed quia impedimentum positum non anouet, quia ipse amouere non potest, nisi prius Deus amouerit: & ideo rogatur Deus vt ipse absoluat, vt sic sacerdotis absolutio locum habeat.

Ad quimum dicendum, quod actus sacerdotis non est immediatè super regnum, sed super sacramenta, quibus homo ad regnum peruenit.

ART. III.

Vtrum sint duæ clauæ, vel tantum vna?

AD tertium sic proceditur. Videtur, quod non sint duæ clauæ, sed tantum vna. Ad vnã enim seram non requiritur nisi vna clauis. Sed sera, ad quã amouendam ordinantur Ecclesiæ clauæ, est peccatũ. Ergo contra vnum peccatum non indiget Ecclesiã duabus clauibus.

67
*Extrav.
quia quorundam de verb. signif.*

¶ 2 Præterea, Clauæ in collatione ordinis conferuntur. Sed scientia non est semper ex infusione, sed quandoque ex acquisitione; nec ab omnibus ordinatis habetur, sed à quibusdam non ordinatis habetur. Ergo scientia non est clauis: & sic est vna tantum clauis, scilicet potestas iudicandi.

¶ 3 Præterea, Potestas quam habet sacerdos super corpus Christi mysticum, dependet ex potestate, quam habet super corpus Christi verum. Sed potestas conficiendi corpus Christi verum, est vna tantum. Ergo etiam potestas, quæ respicit corpus Christi mysticum, est vna tantum. Sed hæc est clauis. Ergo, &c.

SED contra, Videtur quod sint plures quam duæ: quia sicut ad actum hominis requiritur scientia & potentia, ita & voluntas. Sed scientia discernendi ponitur clauis; & similiter potentia iudicandi. Ergo & voluntas absoluendi debet dici clauis.

¶ Præterea, Totã Trinitas peccatum remittit. Sed sacerdos per clauæ est minister remissionis peccatorum. Ergo debet habere tres clauæ, vt Trinitatẽ configuretur.

RESPONDEO dicendum, quod in omni actu, qui requirit idoneitatem ex parte recipientis, duo sunt necessaria ei qui debet actum illum exercere; scilicet iudicium de idoneitate recipientis, & expletio actus. Et ideo etiam in actu iustitiæ, per quam redditur ei cui hoc quo dignus est, oportet esse iudicium, quo discernatur, an iste sit dignus; & ipsam redditionem & ad utrumque horum auctoritas quædam siue potestas exigitur. Non enim dare possumus, nisi quod potestate nostra habemus: nec iudicium dici potest, nisi vim coactiuam habeat, eo quod iudicium ad rem iam terminatur; quæ quidem determinatio in speculatiuis fit per virtutem primorum principiorum, quæ resisti non potest; & in rebus practicis per vim imperatiuam in iudicante existentem. Et quia actus debet recipi in eo, in quem exercetur, debet recipi per clauem iudex Ecclesiasticus dignos, & includit indignos, ut ex dicta definitione patet. Et sic indiget iudicio discretionis, quo idoneitatem iudicet, ex ipso receptionis actu: & ad utrumque debet potestas quædam siue auctoritas requiratur. Et secundum hoc sunt duæ claues, quarum vna pertinet ad iudicium de idoneitate eius, qui absolendus est: & alia, ad ipsam absoluionem. Et hæc duæ claues distinguuntur in essentia auctoritatis, quia vtræque ad officium idem competit: sed ex comparatione ad actus, quorum vnus alium præsupponit.

*In artic.
preced.
arg. 1.
posita.*

Ad primum ergo dicendum, quod ad vnam feram aperiendam vna clavis immediate ordinatur: sed ad vnâ feram aperiendam vnâ clavis non est inconueniens, quod vna ad actum alterius ordinatur: & sic est in proposito. Secunda enim clavis dicitur potestas ligandi & soluendi, est quæ immediate feram aperit peccati: sed clavis, quæ dicitur scientia, ostendit, cui aperienda sit fera illa.

Ad secundum dicendum, quod circa clauem scientiæ duplex est opinio. Quidam enim dixerunt, quod scientia, secundum quod est habitus acquisitus, non est insus, dicitur hæc clavis; & quod non est principium

is clavis, sed in ordine ad aliam clauē dicitur clavis: & idē quando est sine alia, non dicitur clavis: sicut in viro literato, qui non est sacerdos. Et licet hac clauē quandoq; aliqui sacerdotes careant, quia neq; habent scientiā acquisitā neq; infusā, qua absoluerē & ligare possint: tamen quandoq; industria naturali ad hoc vultur, quā secundū eos clauiola dicitur: & sic clavis scientiā, quamuis cum ordine nō tradatur, traditur tamē cum ordine, quōd fit clavis: quod prius nō erat. & hęc videtur opinio Magistri fuisse*. Sed hoc non videtur verbis Euangelij concordare, quā claves Petro dandas promittunt: & ita non solum vna, sed duę in ordine dantur. Et propter hoc alia opinio est, quōd scientia, quā est habitus, non est clavis, sed auctoritas actum scientiā exercendi: quā quandoque sine scientia est, quandoque autē scientia sine ipsā, sicut patet etiam in iudicijs secularibus. Aliquis enim iudex secularis habet auctoritatē iudicandi, qui non habet iuris scientiam: & aliquis ē contrario habet iuris scientiam, qui non habet auctoritatē iudicandi. Et quia actus iudicij, ad quem aliquis ex auctoritate suscepta ordinatur, non autem ex scientia habita, sine vtroque bene fieri non potest: idē auctoritas iudicandi, quā clavis est scientiā, sine scientia non potest sine peccato accipi: sed scientia sine auctoritate sine peccato haberi potest.

Ad tertium dicendum, quōd potestas conficiendi est ad vnum tantum actum, alterius generis: & idē non connumeratur clauibus, nec multiplicatur, sicut potestas clauium, quā est ad diuersos actus: quamuis secundum potestatis [siue] auctoritatis essentiam sit vna, vt dictum est ↑.

Ad quartum dicendum, quōd velle, vnicuique est liberum: & idē ad volendum non exigitur auctoritas. & propter hoc voluntas non ponitur clavis.

Ad quintum dicendum, quōd tota Trinitas eodem modo remittit peccata, sicut vna persona: & idē non oportet quōd sacerdos, qui minister est

*l.4. sēt.
d. 19 p. 2.
A.

In fine
corp. h. u.
ius art.



Trinitatis, tres claves habeat, & præcipuè cum
luntas, quæ Spiritui sancto appropriatur, clauem
requirat, vt dictum est *.

QVÆST. XVIII.

De effectu † clauium, in quatuor articulis
diuisa.

D E inde considerandum est de effectu clauium
¶ Circa quod quærentur quatuor.

¶ Primo, vtrum potestas clauium se extendat
remissionem culpæ?

¶ Secundo, vtrum sacerdos possit remittere pec-
tum, quoad pœnam?

¶ Tertio, vtrum sacerdos per potestatem clau-
ligare possit?

¶ Quarto, vtrum possit etiam soluere & ligare
cundum proprium arbitrium?

ARTIC. I.

Vtrum potestas clauium se extendat ad re-
missionem culpæ?

A D primum sic proceditur. Videtur, quod po-
tas clauium se extendat ad remissionem
pæ. Dicitur enim discipulis, Ioan. 20. Quorum
seritis peccata, remittuntur eis. Sed hoc non dicitur
quantum ad manifestationem tantum, vt Magister
littera * dicit: quia sic sacerdos noui testamenti
haberet maiorem potestatem, quàm sacerdos
ris testamenti. Ergo exercet potestatem in
remissionem.

¶ 2 Præterea, In pœnitentia datur gratia ad
missionem peccati. Sed huius sacramenti dispen-
tor est sacerdos ex vi clauium. Ergo cum gratia
non opponatur peccato ex parte pœnæ, sed ex
te culpæ: videtur quod sacerdos ad remissionem
pæ operetur ex vi clauium.

¶ 3 Præterea, Maiorem virtutem recipit sa-
dos ex sua consecratione, quàm aqua baptismi ex
sanctificatione. Sed aqua baptismi hanc vim acci-
vt corpus tangat & cor abluat, secundum Augu-
na.

* in solu-
tione pra-
cedenti.
† Cōc. Tri.
ses. 14. de
sacram.
pœn. can.
15. Extr.
Quia quo-
ru ndam
de verb.
signif.

68

Tho ubi
sup ar. 3.
q. 1. &
seq.
* l. 4 sent.
d. 18.